



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CXXX. Differentia 1. Iure civili ea, quæ desiderant causæ cognitionem, &  
decreti positionem, & expediuntur Iudicis officio, non delegantur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## TITVLVS X.

## De Iudiciis.

**I**udiciorum dignitati par necessitas est, ab illis reip. salus, bonorum conservatio, malorum vindicta pendet. Enimvero iudicare munus publicum est, *l. Quippe iudicare, ff. de iudic. l. Filiumfamil. ff. de iis, qui sunt sui vel alieni juris.* Et vim habet cogentem, *l. AEquissimum, ff. de usufr. l. Qui restituere, ff. de rei vindicat.* Materia & finis in sacro, & profano jure quia multum dissimilis, Canonēs à legibus dissentire in multis cogit, ut ex dicendis patebit,

CXXX.

## DIFFERENTIA I.

*Iure civili ea, quae desiderant causam cognitionem, & decreti positionem, & expediuntur Iudicis officio, non delegantur, l. Nec quicquam, §. Vbi decretum, ff. de off. proconsul. At iure Canonico secus, c. Ad hæc, de off. Archid. c. Episcopum 19. q. 1. Bartol. 171.*

**I.** *S*UMMA *cit. l. Nec quicquam, hæc* est: Vbi decretum necessarium est, per libellum id expedire proconsul non poterit. Omnia enim, quæcunque causam cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri. Per decretum Glossa intelligit sententiam definitivam, per libellum scripturam, quæ absentibus missa indicatet Proconsulis iudicium. Presentes igitur audire proconsul debet, & causam decidere. *Bartol.* per libellum videtur intelligere scripturam, quæ proconsul causam cognitionem alteri delegaret.

**II.** Quod Jus Canonicum attinet,

*Innoc. in c. Constitutus, de resig. domib. facta objectione secundum l. cit. Nec quicquam, &c. ea, quæ decretum requirunt, delegari non posse, respondet eam regulam in spiritualibus non habere locum, & episcopum tam archidiacono, quam alio committere posse examen ordinandorum, & visitationem clericorum, c. Ad hæc, & c. Episcopum, quod est Concil. Trulani IV. jubetque episcopum valeridine impeditum, vel aliis curis implicatum mittere presbyteros, vel diaconos, qui reditus basilicarum, & ministrorum vitam inquirant.*

*V. Gloss.*

CXXXI. DI.